

SUBDIVISIO PARTITIONIS.

*An anima
brutorum sint
per se subsi-
stentes.*

Secunda partitionis difficultas est, an omnes animæ sint per se subsistentes? de anima rationali certum est, quod sic, de alijs tantum procedit difficultas, qua maiori ex parte resoluta manet ex dictis in Physica, vbi ostensum est contra communem Philosophorum opinionem, formæ substanciales æquæ bene habere suam subsistentiam propriam, sicut habet materia prima, ex quo inferuntur, quod cum anima brutorum sint formæ substanciales, debent gaudere prius legio aliarum formarum substancialium, prouindeque habere propriam subsistentiam: ut tamen hac de re plenior habeatur notitia, adhuc eadem difficultas hic in peculiari de animabus examinanda est. Quid vero sit subsistentia fuit à nobis in Metaphysica explicatur.

Circa animas brutorum tenetur communiter, quod non habeant propriam subsistentiam; è contra de anima rationali tenetur communiter, quod habeat propriam subsistentiam, cum unita, tunc separata.

DECISIO.

*Num. 10.
Concluditur
quod anima
rationalis
habet pro-
priam subsi-
stentiam.*

Resolutio prima. Anima rationalis habet propriam subsistentiam, cum conjuncta, cum separata: probatur hoc validissimè ratione: Quod habet operationes peculiares, & ab alio independentes, illud per se subsistit; at anima separata hoc habet, ergo per se subsistit: Quod non separata, patet; nam in illo statu intelligit, atque existit. Item in corpore elicunt intellectiones, que sunt actiones inorganicas, id est elicuntur independenter à corpore organico.

Obijc.

Obijc: Quod habet propriam subsistentiam, est incommunicabile, sed anima rationalis non est incommunicabilis, ergo non habet propriam subsistentiam, maior probatur; quia subsistencia de se dicit incommunicabilitatem; minor vero patet; nam anima communicatur corpori.

Rsp.

Respondeo maiorem esse veram de habente subsistentiam totalem, non vero de habente subsistentiam incompletam; anima vero rationalis habet tantum subsistentiam incompletam: Addo quod multi negant suppositum, seu subsistentiam dicere incommunicabilitatem, sed tantum importare esse per se.

*Num. 11.
Concludit
author quod
estia anima
brutorum ha-
bet propriam
subsistentiam.
Prob. prim.*

Resolutio secunda. Animæ brutorum habent proprias subsistentias. Probatur primo: Omnis forma substantialis Physica habet propriam subsistentiam; sed animæ brutorum sunt verae formæ Physicae, ergo habent propriam subsistentiam: maior ex alijs dictis patet: minor vero est communiter recepta.

Secund.

Secundo: Quod habet peculiares operationes, subsistit per se, sed animæ brutorum habent peculiares operationes, ergo & peculiares subsistentias; maior recipitur ab aduersarijs, qui eo, quod velim animas brutorum non habere peculiares operationes, ex hoc inferunt non habere peculiarem subsistentiam, & ex eo, quod anima rationalis habeat peculiares operationes, colligunt habere peculiarem subsistentiam: minor probatur: Date vitam est aliqua actio, sed animæ

brutorum saltem dant vitam; hoc enim peculiare habent supra formas inanimateorum, ergo praestant aliquam operationem.

Confirmatur: Formæ brutorum magis sunt *confirm.* actius, quam materia prima: sed conceditur materia prima peculiaris subsistentia, ergo à fortiori debet concedi formis brutorum: minor habetur ex dictis de materia prima: major probatur; quia quod est actus, est magis actiu[m], quam quod est potentia; sed anima brutorum sunt actus, & materia prima est potentia, ergo potius animæ brutorum habebunt peculiarem subsistentiam, quam materia prima, ex illo fundamento; Quod habet peculiares operationes, habet propriam subsistentiam; operationes enim sunt suppositorum, seu rerum subsistentium.

Obijc. prim. **O**bijcies primo: Ergo plures erunt subsistentiae in uno compagno, & per consequens plura supposita, prouindeque plura individua.

Respondeo: Erunt plures subsistentiae partiales, ex quibus una totalis exurget, scilicet subsistentia totius compositi, negandum vero quod forent plura supposita; nam suppositum non est, nisi naturam integrarum.

Obijc. secund. **O**bijcies secundo: Si anima brutorum haberent peculiares subsistentias, possent operari indepen[de]nter à corpore, sed hoc non, ergo ne prius: minor vera est, maior probatur; quia alioquin conuenirent cum anima rationali, cuius spiritualitas colligitur ex eo, quod operetur indepen[de]nter à corpore.

Respondeo concedendo minorem, & negando maiorem; nam licet materia prima habeat peculiarem subsistentiam, non potest tamen operari indepen[de]nter à forma; ita licet anima brutorum habeat peculiarem subsistentiam, tamen propter earum nimiam materialitatem, & præterit ex eo, quod eductæ sint ex potentia materiæ, ab eaque dependant in conservari, inde fit, vt non possint operari, nisi dependenter à materia; at quia anima rationalis est indepen[de]nter à corpore, quoad intellectiones, & volunties elicendas, id est potest elicere eas sine corpore; at licet sit per se subsistens, non potest tamen producere vegetatiwas, & sensitivas operationes sine corpore.

In fab. In fabbis: Ideo materia prima habet peculiarem subsistentiam; quia est primum subiectum, formæ autem non sunt prima subiecta, ergo non habent peculiarem subsistentiam.

Respondeo, quod esto materia prima sit *Rsp.* primum subiectum, non possit tamen subsistere separata à forma naturaliter, ergo ex eo, quod sit primum subiectum, non debetur illi necessaria. id est subsistentia peculiaris: dicam enim ipsam subsistere subsistentiæ compositi, quandoquidem nunquam reperitur extra compostum.

Partitio IV.

An in quolibet vivente preter animali dentur plures forme substantiales partiales?

A Nequam ad principalem propositam diff. cultatem descendamus, opera pretium erit *Varia op-
tiones refe-
runtur.* quandam